

23 Major honor debetur iustitia, & fortitudini, propter excellentiam maioris boni: temperantia vero propter cohibitionem turpiorum, 22. q. 145. 4. ad 3.

24 Honor debetur alicui dupliciter, scilicet vel ratione sui, vel ratione alterius. Primum convenit tantum agenti per electionem, scilicet personae; secundum vero convenit omni, quod est aliquid ejus; scilicet parti, & naturae, & accidenti, 22. q. 103. 4. ad 3. & 3. q. 25. 1. o. & 2. c.

25 Aliqui honorantur quadrupliciter, scilicet vel propter virtutem propriam, ut virtuosus; vel propter virtutem alterius, scilicet Dei, seu communitatis, ut superiores; vel propter figuram virtutis, ut senes, vel propter participationem divinae bonitatis, ut domini, & parentes, 22. quae. 63. 3. o. & quae. 145. 1. ad 2.

26 Honor debetur superioribus, ratione excellentiae; cultus autem consistens in obsequio obedientiae, & beneficii debetur ratione gubernationis, 22. q. 102. 2. o.

27 Honor & cultus debetur omnibus praelatis suis, ex debito legali, aliis autem in dignitate constitutis, ex debito morali, 22. q. 102. 2. ad 2.

28 Malis praelatis debetur honor in quantum gerunt vices Dei, vel communitatis, 22. quae. 63. 3. o. & q. 103. 1. ad 2.

29 Constitutis in dignitate debetur honor, ratione excellentiae; timor autem, ratione potestatis; obedientia vero, & tributum ratione gubernationis, 22. q. 102. 2. ad 3.

30 Honor debetur parentibus, in quantum hujusmodi, subsidiis vero & alia debentur eis ratione intelligentiae, quae tamen omnia intelliguntur in quarto praecipio, scilicet de honore parentum, 22. q. 101. 2. o. & q. 106. 3. c. & q. 122. 5. ad 3. item q. 189. 6. c. ad 1.

31 Divites non sunt honorandi solo intuitu divitiarum, sed ratione majoris loci in communitate, 22. q. 63. 3. fin.

32 Dæmones sunt pro inimicis habendi, magis quam honorandi, 22. quae. 103. 2. o. ad 2.

33 Creaturae irrationali secundum se non debetur ab homine aliqua subjectio, vel honor, sed est homini naturaliter subiecta, 22. q. 103. 4. ad 3. & 3. q. 25. 3. ad 3. & 4. 5. c.

1 Hostium ecclesiae convenit soli Christo, quia importat auctoritatem principalem, 3. q. 8. 6. ad 2.

1 Humidum radicale est totum illud, in quo fundatur virtus speciei, quod perditum non potest restaurari. Nutritionalis autem est, quod nondum habet perfectam naturam speciei, sed est in via, ut sanguis, & hujusmodi, 1. q. 119. 1. ad 3.

1 Humilitas est virtus, qua refranatur animus, ne immoderate tendat ad alta, 22. q. 160. 2. c. & q. 161. 1. c. & 2. 4. c.

2 Praecipue videtur importare subjectionem hominis ad Deum, 22. q. 161. 2. ad 3. & q. 162. 5. c.

3 Aristoteles non tractavit de humilitate, quia humilitas est principaliter respectu Dei. Aristoteles autem consideravit de virtutibus, respectu vitae civilis, 22. quae. 161. 1. ad 5.

4 Ad humilitatem pertinet considerare proprios defectus, ne se extollat, non autem contemnere dona Dei in se, sed ad ingratitude; ex quo sequitur accidia, 22. q. 35. 1. ad 3. & q. 161. 3. c.

5 Gradus humilitatis sunt duodecim, secundum beatum Benedictum, scilicet corde & opere semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus, ut pauca verba & rationalia loquatur aliquis, non clamosa voce, ut non sit facilis ad promptum in risum; taciturnitas usque ad interrogationem, tenere quod habet communis monasterii regula, credere & pronuntiare se omnibus viliores, ad omnia indignum & inutile se confiteri & credere, confessio peccatorum, pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti, ut cum obedientia se subdat majori, ut voluntatem propriam non delectetur implere, ut Deum timeat, & memor sit omnium quae precepit, 22. quae. 161. 6. o. & quae. 162. 4. ad 4.

6 Sed secundum Anselmum sunt septem, scilicet contemptibilem se esse cognoscere, de hoc dolere, hoc confiteri, hoc persuadere, scilicet ut hoc velit credi, ut patienter sustineat hoc dici, ut passatur contemptibilitate se tractari, ut hoc amet, 22. q. 161. 6. ad 3. & c.

7 Secundum glossam vero sunt tres gradus, scilicet subdere se majori & non praefere se aequali qui est sufficiens; subdere se aequali, nec praefere se minori, & hic dicitur abundantis; & subesse minori, in quo est omnis iustitia, 22. q. 161. 6. ad 4. c.

8 Humilitas triplex, scilicet pensosa ab extrinseco, stulta ex ignorantia propriae dignitatis, & virtus ex cognitione sui, 22. q. 161. 1. ad 1.

9 Haec est principaliter circa interiorum motum; quae autem est secundum signa exteriora per fictionem, est magna superbia, 22. q. 161. 1. ad 2. & 2. ad 4. & 3. ad 3.

10 Tendere in magna supra se, ex confidentia propriarum virtutum, contrariatur humilitati, non autem si ex confidentia Dei, 1. Prol. 22. quae. 129. 3. ad 4. & quae. 161. 2. ad 2. & 6. ad 1.

11 Humilitas est essentialiter in appetitu scilicet.

scilicet subjective; sed cognitio propria defectus est regula ejus, 22. q. 161. 2. o. & 6. c. item q. 162. 3. ad 2.

12 Est in irascibili subjective, 22. q. 161. 4. ad 2.

13 Humilis nihil audit mirabilius, quam suam excellentiam, 3. q. 30. 4. ad 1.

14 Vere humilis reputat se deteriorem aliis, non quidem quoad actum exteriorum, sed timens ne per superbiam gravius peccet in iis, quae bene agere videtur, 22. quae. 161. 6. ad 1.

15 Quilibet per humilitatem debet secundum illud quod suum est, se subicere cuilibet proximo, secundum illud quod Dei est in eo, 22. q. 161. 3. o. & 6. ad 1.

16 Humilitas convenit omni homini, etiam Christo, secundum humanitatem, non autem secundum divinitatem, 22. quae. 161. 1. ad 4.

17 Christus humiliavit se quadrupliciter, scilicet ad passionem & mortem, ad sepulchrum & infernum, ad confusionem & opprobria, & sub hominibus. Ideo quadrupliciter meruit exaltari, scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dextram patris cum manifestatione divinitatis ejus, & per judicariam potestatem, 3. q. 49. 6. c. & q. 53. 1. c. & q. 54. 2. c. & q. 59. 3. o. & 6. c.

18 Humilitas post virtutes theologales, & intellectuales, & post iustitiam, praecipue legalem, est potior caeteris, 22. quae. 161. 5. o.

19 Superabundantia magis opponitur humilitati, quam defectus; quia magis reprimat spem vel fiduciam, quam utatur, sed fortitudo est converso respectu audaciae, 22. q. 161. 2. ad 3.

20 Humilitas & magnanimitas conveniunt in materia, & differunt in modo, 22. q. 161. 4. ad 3. & q. 162. 1. ad 3.

21 Humilitas refranat praesumptionem, ex reverentia Dei, sed magnanimitas firmat animum contra desperationem, ex adeptione propriae boni, 22. q. 161. 2. ad 3. & q. 162. 1. ad 3.

22 Humilitas deprimens ad infima, & magnanimitas impellens animum ad magna, non opponuntur, quia utrumque fit recta ratione, 22. q. 129. 3. ad 4. & q. 161. 1. c. ad 3. & 2. ad 3.

23 Magnanimitas reputat se dignum magnis, ex dono Dei, & contemnit alios, in quantum deficient, humilis autem de converso, 22. q. 129. 3. ad 4.

24 Humilitas reprimat spem, scilicet spiritum ad alta tendentem, 22. q. 161. 4. c.

Hyperdulia est potissima species duliae, ex unione ad Deum, 22. q. 103. 4. ad 2.

1 Hypocritis est simulatio alienae personae, ideo semper est peccatum, & est vitium iactantiae, 22. q. 111. 2. o.

2 Non est semper peccatum mortale, nisi sit in documentum fidei, vel personae vel ecclesiae, 22. q. 111. 4. c.

3 Per se & directe opponitur tantum veritati, quae est virtus, 22. q. 111. 3. o.

4 Finis remotus hypocritae est lucrum, vel gloria, sed finis proximus est ostendere se alium quam sit, 22. q. 111. 2. ad 3.

1 In nomine Hypostasis & substantiae latebat venenosum, antequam nota esset equivocatio ejus, 1. q. 2. 9. 3. ad 3.

2 Hypostasis dicitur materia, utriusque forma, utraque compositum, quia materia est principium subitanti, & forma est principium subsistenti, 1. q. 29. 2. ad 3.

3 Hypostasis, persona, substantia, & essentia differunt, 1. q. 29. 2. c.

4 Hypostasis nomen convenit Deo, quantum ad subsistere, ad quod imponitur, non autem quoad subsistere, a quo imponitur, 1. q. 29. 3. ad 3. & q. 36. 1. ad 3.

Hyrcus significat Christum, propter similitudinem carnis peccati, Agnus propter innocentiam, Aries propter principium, 12. q. 102. 3. ad 2.

I

1 Jacob emens primogenita non peccavit, quia erant suo: sed Esau vendens eam, peccavit per simoniam, 22. q. 100. 4. ad 3.

2 Non est mentitus, dicens se esse Esau, quia mystice dixit se esse Esau primogenitum Isaac, quia primogenita illius de jure ei debebantur; vel propter mysterium, quia videlicet minor populus, scilicet gentium, substituentus erat in locum primogeniti, scilicet in locum Judaeorum, 22. q. 110. 3. ad 3.

3 Non vidit Deum per essentiam, 1. q. 12. 1. ad 1. & 2. q. 180. 3. ad 1.

4 Vovit habere dominium in Deum, in quantum voluntarie vovit; vel vovit secundum specialem modum; vel dicitur votum large, idest recognitionis obligationis, & non causa ejus, 22. q. 88. 2. ad 1.

5 Vovit dare decimas, non quidem ministris, sed ad cultum Dei, ut in sacrificiis, 22. q. 87. 1. ad 3.

6 Post contemplationem, claudicavit uno pede, quia necesse est quod debilitato amore saeculi, convalescat aliquis ad amorem Dei, secundum Gregorium, 22. q. 180. 7. ad 4.

7 Accedens ad ancillas uxorum suarum, non peccavit, quia erant uxores, 22. q. 154. 2. ad 3.

1 Jacobus ex instinctu vel revelatione Dei, fecit per demones adducti ad se Hermogenem, 22. q. 90. 1. c. & 2. c. fin.

- 18 * Ignorantia electionis nec excusat, nec minuit, nec causat peccatum; sed sequitur omnem peccatum, 12. q. 76. 4. ad 1. & *quæst.* 78. 4. ad 1.
- 19 Nulla ignorantia est causa peccati, nisi per accidens, scilicet illa quæ tollit cognitionem universalem, vel particularem prohibentem peccatum, 12. q. 76. 1. c. & 3. c.
- 20 Agens contra constitutionem, vel præceptum Papæ propter ignorantiam, non excusatur à peccato, si teneatur, & potuerit eam scire, in quantum in ejus noticiam devenit per alios, vel devenire potest, promulgatione facta; quia omnes teneantur eam scire, 2. q. 90. 4. c. ad 2. & ad 3.
- Illabi menti convenit soli Deo, 3. q. 8. 8. ad 1. & q. 64. 1. c.
- 1 Illegitimi sunt liberi qui nascuntur ex simpliciter fornicatione, sed naturales, qui vel ex impuro, vel ex adulterio nec naturales, nec legitimi sunt habendi, 8. q. 68. 1. c.
- 2 Illegitimi duplici damno afficiuntur, unum est, quia non admittuntur ad actus legitimos, alterum quod non succedunt in hereditate paterna, in septima tamen parte succedere possunt naturales filii, spiriti vero nulla ex parte, nisi quod eis parentes suppeditare necessaria tenentur, 8. q. 68. 2. c.
- 3 Cum liberi dicantur illegitimi lege positiva, per eamdem etiam legem legitimi possunt, 8. q. 68. 3. c.
- Illiberalitas magis opponitur liberalitati, quam prodigalitas, 22. q. 107. 2. c.
- 1 * Illuminatio non est motus, 1. q. 3. 3. c.
- 2 Fit in instanti, quia non est motus, sed est terminus motus localis, & lumen non habet contrarium, ideo subiectum ejus est in ultima dispositione, 1. q. 3. 3. c. ad 2. item q. 67. 2. c. & 12. q. 113. 7. c. & 3. *quæst.* 75. 3. c.
- 3 Non est motus localis, sed alteratio, 1. q. 3. 3. c. ad 2.
- 4 Homo non potest illuminare, confortando lumen alterius, quia in eo est debilissimum lumen intellectuale, nisi forte instrumentaliter dirigendo, proponendo exempla, vel applicando principia conclusioni, 1. *quæst.* 117. 1. c.
- 5 Sacerdos illuminat, tradendo sacramenta gratiæ; non autem infundendo gratiam, 3. q. 64. 1. ad 1.
- 6 Omnis qui illuminatur, percipit illuminationem ex parte objecti, non autem semper ex parte principii, 1. q. 111. 1. ad 3.
- 1 Imaginatio, & sensus, nunquam cognoscunt naturam rei, sed tantum accidentia, 1. q. 57. 1. ad 2. & 3. q. 76. 7. c.
- 2 Non possumus imaginari, quæ nullo modo sentimus secundum rotum, vel secundum partem; ideo cæcus natus non potest imaginari

- colorem, 1. q. 84. 3. c. fin. Item 4. b. item 2. fin. & q. 111. 3. ad 1. & ad 2.
- 3 Sub imaginatione non cadit nisi corpus, 1. q. 50. 1. c.
- 4 Imaginatio cooperatur suo objecto, formando aliquas species, non autem sensus, 1. q. 12. 9. ad 2. & q. 78. 4. c. item q. 84. 6. ad 2. item q. 85. 2. ad 3.
- 5 Imaginatio ægritudinum, quandoque causat eas, 3. q. 13. 3. ad 3.
- 6 Bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu, 12. q. 74. 4. ad 3. item q. 81. 2. c.
- 1 Imaginativa est idem quod phantasia, 1. q. 78. 4. c. item q. 84. 6. ad 2.
- 2 Imaginativa est altior potentia, quam sensus exterior, in quo tamen est maxima certitudo, quia est principium omnis cognitionis humanæ, & semper oportet principia cognitionis esse certiora, 1. q. 30. 3. ad 2.
- 1 Imago qualibet est similitudo, & non est converso, quia imago addit esse expressum ab alio, 1. *quæst.* 35. 1. c. ad 1. & 2. c. & q. 93. 1. c. & q. 90.
- 2 Differentia triplex, inter imaginem, & similitudinem, scilicet, quia imago pertinet ad formam, scilicet specialem, similitudo autem ad naturam. Imago pertinet ad cognitionem veritatis, quæ est principium demonstrans naturam intellectualem, similitudo autem ad amorem virtutis. Imago pertinet ad potentias, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem, similitudo vero ad habitus consequentes, scilicet innocentiam, & iustitiam, 1. *quæst.* 93. 9. c.
- 3 Imago proprie dicitur, quod procedit ad similitudinem alterius, id autem à quo procedit, dicitur proprie exemplar improprie autem imago, 1. q. 35. 1. ad 1. & q. 93. 5. ad 4.
- 4 Ad rationem imaginis non sufficit expressa similitudo secundum genus, vel secundum accidens commune, sed requiritur quod sit expressa similitudo secundum speciem, vel secundum modum figuram, 1. q. 35. 1. c. & *quæst.* 93. 2. c. 7. 8. c.
- 5 Æqualitas est de ratione imaginis perfectæ, non autem imperfectæ, 1. q. 93. 1. c.
- 6 Imago alicujus est in aliquo dupliciter, scilicet perfecte, idest in eadem natura, ut filius; & imperfecte, idest in alia natura, ut statua, 1. q. 35. 2. ad 3.
- 7 * Idem est motus in rem ipsam, & in imaginem ejus, in quantum hujusmodi, non autem ut res, 22. *quæst.* 81. 3. ad 3. & *quæst.* 103. 3. ad 3. & 3. *quæst.* 8. 3. ad 3. & q. 25. 3. c. ad 1.
- 8 Imago proprie, idest id quod imitatur, dicitur tantum personaliter in divinis, essentialiter autem, improprie, idest id in quo,

- quo, 1. q. 35. 1. c. & *quæst.* 93. 5. ad 4.
- 9 Non convenit Spiritui Sancto, sed tantum filio, 1. q. 35. 2. c.
- 10 Imago Dei perfecta convenit soli filio Dei, sed imago Dei imperfecta convenit soli creaturæ, 1. q. 35. 2. ad 3. & q. 47. 1. ad 2. & q. 88. 3. ad 3. & q. 93. 1. ad 3.
- 11 Nulla creatura irrationalis est Dei imago, vel ad imaginem Dei, 1. q. 45. 7. c. & q. 93. 2. c. & 3. c. ad 1. & 6. c.
- 12 Homo, & angelus sunt ad imaginem Dei, & imago ejus, filius autem Dei, est imago tantum, 1. q. 3. 1. ad 2. & q. 4. 3. c. & q. 35. 2. ad 3. item q. 45. 7. c. & q. 91. 4. ad 1. & ad 2. & q. 93. 1. c. fin. & ad 3.
- 13 Angelus est simpliciter expressio imago Dei, quam homo, sed est converso secundum quid, 1. q. 93. 3. c.
- 14 Imago Dei in homine & in angelo, est secundum mentem tantum, 1. q. 3. 1. ad 2. & q. 93. 2. c. & 3. ad 2. & 4. ad 1. & 6. 7. c.
- 15 Est aliquo modo in mente, respectu cujuslibet objecti, verius tamen respectu sui, sed verissime respectu Dei, 1. q. 93. 8. c.
- 16 Assignatio imaginis duplex, scilicet, prima secundum potentias, scilicet secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, secunda vero secundum essentiam, & habitus substantiales, scilicet secundum mentem, notitiam, & amorem, 1. q. 93. 7. c.
- 17 * Prima assignatio imaginis, scilicet memoria, intelligentia, & voluntas, est secundum potentias, 1. q. 93. 7. c.
- 18 * Imago Dei est principaliter secundum actus, sed consequenter secundum potentias, & præcipue secundum habitus, 1. q. 93. 7. c.
- 19 Imago Dei secundum principale ejus, idest secundum naturam intellectualem, est tantum in viro quam in muliere, sed quoad secundarium, scilicet principium, & finem, est tantum in viro, 1. *quæst.* 93. 4. ad 1. & 6. ad 2.
- 20 Imago prius representat essentiam Dei, & consequenter tres personas, 1. q. 93. 5. c. & 6. c.
- 21 In homine est triplex imago Dei, scilicet creationis, recreationis, & similitudinis; prima est cujuslibet hominis, secunda justorum tantum, tertia vero beatorum tantum, 1. q. 93. 4. c.
- 22 Imagines Christi, & sanctorum sunt in Ecclesia triplici de causa, primo ad instructionem rudium, qui eis quasi quibusdam libris docentur; secundo ut Incarnationis mysterium, & sanctorum exempla magis in memoria nostra maneat; dum quotidie oculis repræsentantur; tertio ad excitandum devotionis affectum, qui ex visis efficacius incitatur, quam ex auditis, 22. q. 94. 2. ad 1.

- Immisericordia est in subtractione beneficii, sed crudelitas est in excessu puniendi, & unum aliquando ponitur pro alio, 22. q. 159. 1. ad 2. & ad 3.
- 1 Immobiles tanto magis sunt creature, quanto magis appropinquant Deo, 1. q. 65. 1. ad 1.
- 1 Immolari convenit Christo in figuris veteris testamenti, 3. q. 83. 1. c.
- 1 Immunditia duplex in lege veteri prohibebatur, scilicet spiritualis, idest peccatum; & corporalis, ex aliqua corruptione perfecta, vel in fieri, qua impediebantur ab exteriori cultu Dei, sicut Irregularitate quadam, 12. q. 102. 5. 4. item ad 5. & 6. ad 1. & q. 103. 2. c.
- 2 Prima & secunda immunditia expiatur per sacrificia pro peccato præter eam quæ causata erat per solum tactum rei immundæ; quia per solam aspersionem aquæ expiationis expiatur, 12. q. 102. 5. ad 4. & ad 5. & ad 6.
- 1 Impassibile erit corpus gloriosum, 8. q. 82. 1. c.
- 2 Impassibilitas quantum ad se erit in omnibus æqualis, quantum vero ad suam causam, erit in uno major quam in altero, 8. q. 82. 2. c.
- 3 Impassibilitas non excludit sensus in actu à corporibus gloriosis, sed erunt per suspensionem à rebus quæ sunt extranea animæ, 8. q. 82. 3. c.
- 4 Sensus odoratus, & auditus erunt, post resurrectionem in actu, non autem gustus, nisi forte per quamdam immutationem lingue à quodam humore adjuncto, 8. q. 82. 4. c.
- Impaviditas opponitur fortitudini, secundum defectum timoris, timiditas autem, secundum excessum ejus, 22. q. 126. 2. c.
- 1 * Impeccabilis per naturam non potest fieri aliqua creatura à Deo, sed tantum per gratiam, 1. q. 63. 1. c. & 22. q. 24. 11. c. princ.
- 1 Impedimentum duplex, scilicet contrarium, & defectus, 12. q. 4. 5. ad 4.
- 2 Homo tripliciter impeditur à studio divinæ cognitionis, scilicet propter ineptitudinem, occupationem, & pigritiam, 22. q. 4. c.
- 3 Non impediens malum non peccat, nisi debeat & possit impedire, 12. q. 6. 3. c.
- 1 Imperare est actus rationis, præsupposito actu voluntatis, 12. q. 17. 1. c. & q. 60. 1. c. fin. & 22. q. 47. 8. ad 3. & q. 83. 1. 10. c. & q. 104. 1. c.
- 2 Imperare est ordinare aliquid ad faciendum aliquid intimando, seu denunciandum, non quidem absolute, sed movendo, 12. *quæst.* 17. 1. 2. 5. c. & 22. *quæst.* 83. 1. c. & q. 88. 1. c.

defectum, & debilitatem naturæ, & hujusmodi, 22. q. 147. 4. ad 3.

21. Iusti tenentur ad jejunia Ecclesiæ, & alia præcepta ejus, sicut & alii, 22. q. 147. 4. ad 5.

22. Pueri non tenentur ad jejunia Ecclesiæ, quamdiu sunt in statu augmenti, quod ut in pluribus est in fine tertii septennii, sed exercendi sunt in eis secundum modum ætatis, tamen quandoque in magna tribulatione jubentur pueri, & bruta jejunare, 21. quest. 147. 4. ad 2.

23. Itinerantes, & operari debent jejunare, diminuendo laborem, nisi sit necessitas, 22. q. 147. 4. ad 3.

24. Pauperes habentes simul sufficiens prandium, tenentur jejunare, non autem si paulatim, 22. q. 147. 4. ad 4.

25. Transgrediens præceptum de jejunio ex contemptu, vel impediendo finem, peccat mortaliter, non autem si ex causa rationabili, 22. q. 147. 3. ad 2.

26. Jejunia quatuor temporum sunt quasi primitiæ, & expiatio totius anni, 22. q. 147. 5. c.

27. Jejunium exultationis, non est in præcepto Ecclesiæ, propter quod non est jejunium ab Ecclesiâ institutum in toto paschali tempore. Jejunium autem afflictionis, & luctus non decet tempore lætitiæ, scilicet tempore paschali, vel in dominicis, 22. q. 147. 5. ad 3.

28. De se nullo tempore est prohibitum. Tamen jejunans in dominica contra consuetudinem Ecclesiæ, vel ex superstitione, ut necessarium, sicut Manichæi, peccat, 22. quest. 147. 5. ad 3.

29. Fit in vigiliis sanctorum, causa præparationis ad devotionem, & causa significationis, quod sancti per afflictiones pervenerint ad gloriam, 22. q. 147. 5. c.

30. Conveniens hora prandii tempore jejunii, est hora nona; sed hora sexta, alio tempore, 22. q. 147. 7. c.

31. Hora prandii in jejunio, determinatur secundum grossam æstimationem, licet sit modicum ante, vel post nonam. Unde sufficit si circa horam illam quam Ecclesiâ instituit, jejunans sumat cibum, etiam si aliquantulum propter aliquam necessitatem anticiparet, 22. q. 147. 7. ad 2.

32. Talis taxatio temporis non multum potest alicui nocere cusque conditionis existat, vel si forte propter infirmitatem, vel ætatem, aut aliquid hujusmodi, hoc eis in magnum gravamen cederet, esset cum eis in jejunio dispensandum, vel ut aliquantulum prævenirent horam, 22. q. 147. 7. ad 3.

33. Plures comedens in una die per modum cibi, solvit jejunium, non autem si fiat per modum medicinæ, 22. q. 147. 6. c.

34. Comestio carnium solvit jejunium, non autem ejus piscium, vel leguminum, nec potus vini, 22. q. 147. 8. c.

35. Ova, & lactinia respiciantur, sunt interdita in jejunio quadragesimæ, non autem in aliis, nisi secundum consuetudinem patriæ, 22. q. 147. 8. c. ad 3.

36. Electuaria, vel alia medicinæ, solvant jejunium naturæ, non autem jejunium Ecclesiæ, nisi fiat in fraudem, 22. q. 147. 6. ad 3.

37. Potus quicumque, etiam aquæ, solvit jejunium naturæ, non autem jejunium Ecclesiæ, nisi fiat in fraudem, 22. q. 147. 6. ad 2. & 3. q. 80. 8. ad 4.

Jephthæ peccavit votendo, & reddendo, sed ponitur in catalogo sanctorum, propter fidem, & devotionem, & victoriam; & probabile est quod penituit, licet aliquod bonum figuraret, 22. q. 88. 2. ad 2.

1. Jeremias verbis, & mysteriis passionem Christi aperitissime prænuntiavit, & eam suis passionibus expressissime præfiguravit, 3. q. 27. 6. c. fin. ad 2.

2. Jeremias, & Moyses considerantes insufficientiam propriam, recusabant non pertinaciter officium, quo digni erant ex gratia Dei, 22. q. 133. 1. ad 4.

1. Jerotheus doctus est, non solum discens, sed & patiens divinam, secundum Dionysium, 1. q. 1. 6. ad 3. fin. & 22. q. 45. 2. c.

2. Alquis experitur in seipso gustum divinæ dulcedinis, & complacentiam divine bonitatis, sicut de Jerotheo dicit Dionysius, quod didicit divina ex compulsionem ad ipsa, 22. quest. 97. 2. ad 2.

Jerusalem est in medio terræ habitabilis, 3. q. 46. 10. ad 1.

1. Jesus significat naturam humanam, sed Christus significat naturam divinam, & humanam, 3. q. 16. 5. c. & 17. 1. c.

2. Hoc nomen Jesus convenienter impositum est Christo in sua circumcissione, 3. quest. 37. 2. c.

3. Est novum, & proprium, in quantum significat spirituales, & universalem salutem; non autem ut particularem, & temporalem, 3. q. 37. 2. ad 2.

4. Multa alia nomina Christi significant idem quod Jesus, idest salutem, 3. q. 77. 2. ad 1.

1. Ignis species sunt tres, scilicet lux, idest ignis in materia propria; flamma, idest ignis in humido aereo; & carbo, idest ignis in sicco terrestri, 1. quest. 67. 2. ad 2. & 12. q. 35. 8. c.

2. Ignis non lucet in propria materia, id est in sua sphaera, nec in materia opaca terrestri, nec in sulphure, nec in fumo grosso, nec in inferno, 1. q. 66. 1. ad 5.

3. Ignis inferni cum ut organum divinæ justitiæ ab anima apprehendatur, propter visionem

visionem sui, vere animam cruciare dicitur, 5. q. 70. 3. c.

4. Conveniens est, mundum, antequam in novitatem gloriæ adducatur, à contrariis dispositionibus purgari, 5. q. 74. 1. c.

5. Convenienter per ignem fiet mundi purgatio, 5. q. 74. 2. c.

6. Ignis quo hic mundus purgabitur, ejusdem erit speciei cum nostro igne, 5. quest. 74. 3. c.

7. Cessatio, & quies superiorum calorum vices purgationis eorum geret, 5. q. 74. 4. c.

8. Purgabuntur quatuor elementa à fordibus, & infectionibus; quas ab hominibus peccatis contraxerunt, 5. q. 74. 5. c.

9. Impuritates elementorum, quæ ex eorum permissione proveniunt, per ignem purgabuntur, 5. q. 74. 6. c.

10. Cum mortuorum resurrectio iudicium præcedere verissimum sit, conflagratio ignis, quantum ad mundi purgationem spectat, Dei iudicium præcedat oportet; quantum vero attinet ad illius ignis actum, quo malos involvet, iudicium ignis conflagrationem antecedit, 5. q. 74. 7. c.

11. Ignis naturaliter ager ante iudicium, & in bonos, & in malos, eos in cinerem resolvendo; sed nulli illius ignis actione cruciabitur, boni vero omnis doloris grunt expertes, 5. q. 74. 8. c.

12. Igne conflagrationis involventur reprobi, ut quicquid turpe, & sedum fuerit in infernum derudatur, sicut quicquid pulchrum, & nobile reperietur in regnum celeste attollitur, 5. q. 74. 9. c.

1. Ignorantia sextuplex, scilicet invincibilis, affectata in se vel in sua causa, juris, facti, causa actus, & non causa; prima, & quarta excusant à peccato in toto; secunda, & tertia excusant non in toto; quinta excusant à toto si non sit culpa; sexta vero nec excusant, nec minuit peccatum, 12. q. 74. 1. ad 2. & 5. c. ad 2. & q. 76. 3. ad 6. & 22. q. 59. 4. ad 1. & 3. q. 47. 5. ad 3. & q. 80. 4. ad 5.

2. Tripliciter se habet ad actum, scilicet concomitantem, consequentem, idest, volita in se ut affectata, vel in sua causa, scilicet habitu vel passione ut ignorantia electionis; & antecedentem, idest, causa actus. Tertia causat involuntarium simpliciter; secunda secundum quid; prima vero nullo modo, sed tantum non voluntarium, 12. q. 66. 8. c. & q. 19. 6. c. & q. 76. 3. 4. c.

3. Est volita tripliciter, scilicet directe, ut affectata, indirecte, idest, propter negligentiam; & per accidens, idest, consequenter. Prima auget peccatum, alia vero diminuit, 12. q. 19. 6. c.

4. Excludit triplicem scientiam, scilicet, qua scitur aliquid esse malum secundum se, vel ut

nunc, vel ut fugiendum, 12. quest. 78. 1. ad 1.

5. Habet rationem pœnæ, & non culpæ secundum se: sed ignorantia ex causa, scilicet, ex negligentia descendit, vel ex effectu sequente; est peccatum, 12. q. 76. 2. c. & q. 84. 2. ad 5. & q. 105. 1. ad 9. & 22. q. 53. 2. ad 2.

6. Nescientia est simplex carentia scientiæ, sed ignorantia proprie est nescientia eorum quæ quis est aptus scire, & debet. Error autem addit approbationem falsi: sed hæresis ei addit pertinaciam contra fidem, 1. q. 101. 1. ad 2. & 12. q. 7. 6. c.

7. Ignorantia electionis dicitur, non quia electio sit scientia, sed quia ignoratur quid sit eligendum, 12. q. 13. 1. ad 3.

8. Ignorantia privationis, idest, eorum quæ quis tenetur scire & potest, est peccatum; non autem aliorum, 12. q. 76. 2. c. & q. 94. 4. c. ad 2. & ad 3.

9. Ignorantia negative poterit esse in natura integra, non autem ignorantia privative, 1. q. 12. 4. ad 2.

10. Nulla ignorantia fuit in Christo, 3. q. 15. 3. c.

11. Ignorantia negative semper est in angelis, & in aliis beatis, non autem ignorantia privative, quia est pœna, 1. q. 12. 4. ad 2.

12. Ignorans non peccat continue, nec ex quolibet non scito per eum, sed tantum cum habet tempus discendi a quæ scire tenetur, & potest. Unde homo non dicitur ignorans si non intelligit sicut Deus, sed si non intelligit, sicut aptus natus est intelligere, 12. q. 76. 2. ad 5. & 4. ad 3. & q. 94. 4. c. ad 2. & ad 3.

13. Ignorans gravissime peccat, non propter quantitatem peccati, sed periculi. Vel ignorantia beneficiorum Dei est gravissima, inter species ingratitudeis, 12. q. 76. 4. ad 2.

14. Ignorantia alicujus particularis, idest circumstantiæ, quem quis non potest scire, debita diligentia adhibita, excusat totaliter à peccato, non autem ignorantia quam causat habitus vel passio, impediens applicationem scientiæ communis ad particularem actum, 12. q. 19. 6. c. & q. 77. 7. ad 2. & 22. q. 59. 4. ad 1. & 3. q. 80. 4. ad 5.

15. Non excusat, nec minuit peccatum, nisi secundum quod causat involuntarium, 12. q. 19. 6. c. & q. 73. 6. c. & q. 76. 3. 4. c. & q. 77. 7. ad 2. & q. 105. 2. ad 9.

16. Præcedens inclinationem appetitus causat eam; ideo quanto major est, tanto magis causat involuntarium, & excusat à peccato, non autem sequens, sed magis gravat, 22. q. 156. 3. ad 1.

17. Ignorantia opposita scientiæ prædicte excusat, vel minuit peccatum, non autem ignorantia electionis, sed constituit peccatum, & opponitur prudentiæ, 12. q. 47. 2. c. & q. 88. 2. c.

1 Jactantia est, per quam quis se extollit, supra id quod in se est, secundario autem, supra id quod de eo alii opinantur, 22. q. 110. 2. c. & q. 112. 1. c.

2 Quoad actum exteriorum, est species mendacii, sed quoad arrogantiam interiorum est species superbiam, 22. q. 132. 5. ad 1. item q. 162. 4. ad 2.

3 Est peccatum mortaliter tripliciter, scilicet quando est contra gloriam Dei, vel contra honorem proximi, vel ex inani gloria, vel superbia, vel cupiditate mortalibus, 22. q. 132. 2. o.

4 Est ex superbia, tanquam ex causa motiva, & aliquando ex vanitate, ex inani gloria autem, ut ex fine, 22. q. 112. 1. ad 2. & q. 132. 5. ad 1. & q. 162. 4. ad 2.

5 Opulentia seu divitiarum causant jactantiam & superbiam dupliciter, scilicet occasionaliter, & per modum finis, 22. q. 112. 1. ad 3.

6 Jactantia proprie opponitur secundum speciem actus veritati, non autem secundario, 22. q. 112. 1. o.

1 Idea est forma exemplaris, qua res sunt, & cognoscuntur, quae est in mente artificis, 1. q. 15. o. & q. 44. 3. c.

2 Idea graecae, forma Latinae dicitur, ideo per ideas formarum aliarum rerum per se existentes intelliguntur, 1. q. 15. 1. c.

3 In Deo non est aliud, quam essentia divina, 1. q. 15. 1. ad 3. & q. 44. 3. c. & 22. q. 173. 1. c.

4 Essentia Dei ut essentia, non est idea, sed ut similitudo, vel ut ratio rei intellecta, 1. q. 15. 2. ad 1.

5 Essentia Dei non habet rationem ideae, respectu Dei, sed respectu aliorum, quia est principium operativum aliorum, non autem Dei, 1. q. 15. 1. ad 2.

6 Idea secundum veritatem, & secundum Platonem, est principium cognitionis, & generationis, 1. q. 15. 1. 3. c.

7 Idea operati, in mente artificis, est sicut id quod intelligitur, non autem sicut species qua intelligitur, 1. q. 15. 2. c. ad 2.

8 Ideas esse, est necessarium, 1. q. 15. 1. o. & q. 44. 3. c.

9 Sunt tantum in mente Dei, & non extra; contra Platonem, 1. q. 15. 1. ad 1. & q. 44. 3. ad 2. & ad 3. & ad 4.

10 Respectus idearum non sunt reales, sed sunt intellectus a Deo, & tantum in Deo, 1. q. 15. 2. ad 4. & q. 28. 2. ad 3. & q. 44. 3. c. item 22. q. 173. 1. c.

11 Respectus idearum causantur tantum ab intellectu Dei comparante essentiam suam ad res, 1. q. 15. 2. ad 3.

12 Ideae sunt aeternae, 1. q. 6. 4. c.

13 In mente Dei sunt plures, secundum quod Deus intelligit, essentiam suam esse mul-

tipliciter imitabilem a creaturis, 1. q. 15. 2. o. & q. 44. 3. c. & q. 47. 1. ad 2. & 12. q. 93. 1. ad 1.

14 Idea practica & speculativa non sunt duae ideae, nisi secundum rationem, 1. q. 15. 3. c.

15 In ideis est distinctio, & pluralitas, quia respiciunt proprias naturas singularium rerum, non autem lex aeterna, 12. q. 93. 1. ad 1.

16 Sapientia & ars Dei est tantum una, quia significatur ut quo Deus intelligit; ideae autem ut quod. Ideo sunt plures, 1. q. 15. 2. ad 2.

17 Ratio divinae sapientiae, respectu creationis dicitur idea & ars, vel exemplar, sed respectu gubernationis dicitur lex, 12. q. 93. 1. c.

18 Idea principaliter significat respectum ad creaturam, ideo dicitur pluraliter, nec est personale, sicut verbum, quia verbum principaliter significat respectum ad dicentem, & ex consequenti ad creaturam; ideo est tantum unum, 1. q. 34. 3. ad 4.

19 Ut principium fictionis, est practica, & dicitur exemplar, & omnium quae aliquando sunt a Deo, sed ut est principium cognitionis est speculativa, & dicitur ratio, & est omnium quae cognoscuntur a Deo secundum propriam rationem, 1. q. 15. 3. c.

20 Quae nunquam sunt, habent ideam secundum modo, non autem primo modo, nisi in virtute, 1. q. 15. 3. ad 2. & q. 18. 4. ad 4.

21 Malum non habet ideam in Deo, 1. q. 15. 3. ad 1. item q. 18. 4. ad 4.

22 Genera non habent aliam ideam, in quantum exemplar, nisi ideam speciei, 1. q. 15. 3. ad 4.

23 Particularia habent propriam ideam praeter ideam speciei, contra Platonem, 1. q. 15. 3. ad 4.

24 Materia habet ideam, contra Platonem, sed eandem cum forma, 1. q. 15. 3. ad 3. & ad 4.

25 Accidentia habent propriam ideam, praeter ea quae inseparabiliter concomitantur subjectum, 1. q. 15. 3. ad 4.

Multiplicato uno eorum quae sunt eadem re, & differunt ratione; non oportet multiplicari alterum, sicut persona, & proprietates in divinis, 1. q. 40. 1. ad 1.

Idem numero corpus manet, licet fiat continue deperditio, & restauratio virtualiter per alimentum, 1. q. 119. 1. ad 5.

1 Idololatria est exhibere latratriam, id est cultum Dei creaturae, 22. q. 94. 1. o.

2 Praesupponit infidelitatem, & addit exterius indebitum cultum, mendacium perniciosum, magnam Dei blasphemiam, & impugnationem fidei, 22. q. 94. 3. ad 1. & ad 2. & ad 3. & 2. c.

3 Opponitur latratri, 22. q. 92. princ. & q. 94. princ. & 1. o.

4 Quadruplex, scilicet civilis, id est imaginum habentium deitatem; secundum Hermetem; fabularis, 1. hominum deificatorum; physica, id est, animae totius mundi, secundum Varro-nem, & Platonem quae & physica dicitur; scilicet intelligentiarum, animarum caelestium, daem-onum, & animarum hominum, 22. q. 94. 1. c. item q. 122. 2. ad 2.

5 Omnis idololatria est peccatum, nec excusat mos vulgi, contra Senecam, nec persecutio contra hereticos, 22. q. 94. 2. o.

6 Est gravissimum peccatorum, 12. q. 102. 2. ad 11. item 22. q. 94. 3. o.

7 Peccatum contra naturam est levius ido-lolatria, sed ponitur conveniens poena ejus, quia est manifestius, 22. q. 94. 3. ad 3.

8 Causa dispositiva idololatriae fuit triplex ex parte hominis, scilicet inordinatus affectus, representatio delectabilis, & ignorantia Dei, sed causa consummativa ejus fuerunt daemones, 22. q. 94. 4. o.

9 Ab idololatria omnia alia peccata orie-bantur, 22. q. 94. 4. ad 1.

10 Dans hostiam non consecratam pro Eucharistia, id est reus idololatriae, non autem adorans eam, cum hostia debeat adorari la-tria sub conditione in habitu, 3. q. 41. 3. o. ad 2.

1 Jejunium duplex, scilicet spirituale, id est a peccatis, & corporale, id est ab escis, 22. q. 147. 2. ad 1.

2 Corporale duplex, scilicet naturae, & Eccle-siae, 22. q. 147. 1. ad 3. & 3. c. & 6. ad 2. & 3. q. 80. 8. ad 4.

3 Duplex scilicet luctus, id est cum amaritudi-ne peccatorum, & praesentis vitae, & exultationis, 22. q. 147. 4. ad 5.

4 Est actus virtutis, scilicet abstinentiae, & temperantiae elicitive, sed aliarum virtutum imperativae, 22. q. 3. 1. c. & q. 88. 6. c. & q. 146. princ. item q. 147. 1. 2. o.

5 Jejunium Ecclesiae est parsimonia victus abstinentiaeque ciborum secundum solum, 12. q. 147. 2. ad 1.

6 Nimis jejunans, vel nimis vigilans, pec-cat, quia si aliquis in tantum naturae virtutem debilitet per jejunia, & vigiliis, & alia hujus-modi, quod non sufficiat debita opera exequi, puta praedicator praedicare, doctor docere, can-tor cantare, & sic de aliis, absque verbo pec-cat; sicut etiam peccaret vir, qui nimia absti-nentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum, & servus in obsequiis, quae domino debet impendere, 1. q. 97. 3. ad 3. & 22. q. 10. 12. ad 5. & q. 88. 2. ad 3. & q. 125. 1. ad 2. & q. 147. 1. ad 2. & q. 188. 6. ad 3. & 3. q. 40. 2. ad 1.

7 Jejunium pulchre commendatur, per mul-tos ejus effectus, 22. q. 47. 1. c. ad 1. & 3. q. 40. 8. ad 3. & 1.

8 Non est contra libertatem fidelium, sed contra servitutum peccati, 22. q. 147. 3. ad 3.

9 Principaliter sumitur propter tria, scilicet propter comprimendas concupiscentias carnis; propter elevationem mentis, & propter satisfac-tionem, 22. q. 147. 1. 3. 5. o.

10 Est satisfactorium, quia subtrahit delectationem, addens afflictionem, & impedit pec-cata futura, debilitando concupiscentiam, 22. q. 147. 1. 3. 5. 7. c.

11 Christus jejunavit, non ex necessitate, sed ut doceret, quam bonum est jejunium, quia secutum est contra diabolum, 22. q. 147. 5. ad 1. & 3. q. 49. 2. ad 3. & q. 41. 3. c.

12 Jejunavit post baptismum, quia baptiza-tio oportet intendere jejunio, & non lasciviam, 22. q. 147. 5. ad 1. & 3. q. 41. 3. c.

13 Non jejunavit plus quam Moyses, & Helias, ut crederetur verus homo, 3. q. 40. 2. ad 3. & q. 41. 3. c.

14 Jejunium ante Pascha sic quadraginta diebus sicut a Christo, Moysae, & Helia, qua-duplici ratione; scilicet vel quia secundum Gre-gor. per hos quadraginta dies virtus decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletur, vel quia dignum est, ut carnem nostram quater-decies affigamus, vel quia in his offerre con-tendimus decimas dierum, vel quia secundum August. creaturae invisibilibi debetur ternarius numerus, sed creaturae visibilibi debetur quater-narius, propter calidum, frigidum, humidum, & siccum. Unde si denarius numerus ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum nu-merum conficit, 22. q. 147. 5. c. & 3. q. 40. 2. ad 3.

15 Jejunium quadragesimae arctius observa-tur, quam alio tempore, quia per istud imita-tur Christum, 22. q. 147. 8. ad 3.

16 Judaei jejunabant mense quarto, quinto, septimo, & decimo, propter aliquas tribulatio-nes tunc habitas, 22. q. 147. 5. ad 2.

17 Jejunabant usque ad vespem, id est us-que ad noctem, quia nocti comparatur status veteris testamenti, quia post mortem ibant ad limbum tenebrosam, propter peccatum Adae, per cibum veritum, 22. q. 147. 7. ad 1.

18 Jejunium non est necessarium absolute, sed ex praeccepto Ecclesiae, quia secundum se est poenale, ideo non est eligibile, nisi in quantum est utile ad aliquem finem, 22. q. 147. 3. ad 1. & 3. q. 40. 2. ad 1.

19 Est de praeccepto legis naturae, secundum quod est necessarium ad salutem; sed determi-natio temporis ejus, & modi est de praeccepto Ecclesiae, 22. q. 147. 3. o.

20 Omnes tenentur ad jejunia Ecclesiae, nisi sint legitime impediti, vel nisi sit evidens causa non jejunandi, ut in pueris, & senibus, propter

3 Actus imperatus & imperium sunt unus actus humanus, ut totum, & multa secundum partes, 12. q. 17. 4. o. & q. 20. 3. c. ad 1. & q. 19. 2. o.

4 Usus rei, ut est in ratione referente rem in finem, est prior imperio & electione, quæ etiam est prior imperio, sed ut subditur potentia exequenti, est posterior imperio, 12. q. 17. 3. o.

5 Imperare non convenit brutis, 12. q. 17. 2. o.

6 Virtutes appetitivæ brutorum non sunt imperantes libere, sed secundum naturalem instinctum bruta moventur ad apprehensam, 12. q. 11. 2. c.

7 Voluntas imperat aliis viribus, & etiam intellectui, 12. q. 7. 1. 6. ad 2. & 22. q. 4. 2. ad 2. & q. 10. 2. c. & q. 58. 8. ad 1.

8 Dicitur imperare improprie dupliciter, scilicet interpretative inquantum movet, & ut est de fine, 12. q. 1. 2. ad 1. & 22. q. 47. 8. ad 3.

9 Quilibet actus, ut est in potestate nostra, subditur imperio rationis, 12. q. 17. 6.

10 Actus rationis, quoad exercitium, semper potest imperari, & quoad assensum, præter actum naturalem, non autem quoad apprehensionem veritatis, 12. q. 17. 6. o.

11 Actus voluntatis potest imperari, 12. q. 17. 5. o.

12 Primus actus voluntatis non potest imperari a ratione, quia non fit ex ordinatione rationis, sed ex instinctu naturæ, vel ex ordinatione superioris causæ, scilicet Dei, 12. q. 1. 2. ad 3. & q. 9. 4. o. & q. 17. 5. ad 3. & 6. o.

13 Sensus exteriores non subduntur imperio rationis, quia non possunt sentire, nisi in præsentia sensibilium, 1. q. 81. 3. ad 3. & 12. q. 17. 7. ad 3.

14 Motus membrorum, inquantum membra moventur à potentiis sensitivis, subduntur imperio rationis, non autem secundum quod moventur à potentiis naturalibus, & vegetativis, 1. q. 81. 3. ad 2. & 12. q. 17. 9. o. & 22. q. 168. 1. c.

1 Imperfectum cognoscitur per ipsum perfectum, 12. q. 14. 10. ad 4. & 12. q. 100. 6. ad 2.

2 Imperfectio duplex, scilicet una quæ est de ratione imperfecti, tunc enim oportet quod adventiente perfectione imperfectum excludatur, sicut adventiente aperta visione, excluditur fides, de cuius ratione est, ut sit non apparentium. Alia est imperfectio, quæ non est de ratione rei imperfectæ, & tunc illud numero idem, quod erat imperfectum, fit perfectum, sicut puer fit vir, 22. q. 4. 4. ad 1.

Implere voluntatem convenit soli Deo, quia solus Deus movet eam sufficienter ut objec-

tum, 1. q. 105. 4. c. & q. 106. 2. c. & 12. q. 2. 7. 8. c. & q. 3. 1. c.

Importabile hoc solum videtur in his, qui ex infirmitate peccant, quod diu perseverant in malo, & ideo dicitur, quod ex longanimitate Dei supportantur; sed hoc ipsum quod aliqui ex superbia peccat, importabilis videtur, & ideo per patientiam Dei dicuntur sustineri, qui ex superbia peccant, 22. q. 137. 5. ad 4.

Importunitas est evagatio mentis ad illicita, secundum quod in arce mentis residet, volentis ad diversa se diffundere, 22. q. 35. 4. ad 3.

1 Impossibilitas duplex, scilicet vera & æstimata, 12. q. 40. 4. ad 3.

2 Impossibile aliquando pro difficili sumitur, 22. q. 64. 6. ad 4. & 3. q. 86. 1. ad 2. fin.

Imprecationes in sacra scriptura intelliguntur quadrupliciter, scilicet predicando, vel temporaliter ad correctionem, vel contra peccatum, vel secundum voluntatem Dei, 22. q. 25. 6. ad 3. & q. 76. 1. o. & q. 83. 8. ad 1. & ad 2.

Improvidentia & defectus intelligentiæ & solertiæ, pertinent ad negligentiam & inconstantiam, 22. q. 53. 2. c. fin.

1 Imprudentia sumitur tripliciter, scilicet negative, privative, & contrarie: prima non est peccatum, sed secunda est peccatum, ratione negligentiam; tertia vero secundum se est peccatum mortale, si sit contra præceptum Dei, aliter est peccatum veniale, 22. q. 53. 1. o.

2 Est generale peccatum participative, non autem essentialiter, cuius sunt triplices partes, scilicet subjective, idest monastica, politica, & œconomica; potentiales, idest præcipitatio, seu temeritas, inconsideratio, inconstantia, & negligentia; & integrales, quæ reducuntur ad potentiales, 22. q. 53. 2. c.

3 Per essentiam est peccatum speciale, cum sit circa actus speciales, scilicet rationis, 22. q. 53. 2. c.

4 Imprudentia cum suis vitiis oritur ex luxuria, 22. q. 53. 6. o.

Impudicitia est circa oscula, tactus, & alios actus circumstantes actum venereum, 22. q. 154. 1. ad 5.

1 Impugnare inimicos, ut cessent à peccatis, est licitum, quia cedit in bonum eorum, & amicorum, 22. q. 83. 8. ad 3.

2 Impugnatio veritatis agnitæ est species peccati in Spiritu Sanctum, 22. q. 142. c.

3 Impugnatio peccati est vincenda dupliciter, scilicet fugiendo, vel resistendo, fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentivum, sicut est in luxuria; resistendo autem, quando cogitatio perseverans tol-

tolle incentivum peccati, quod provenit ex aliqua levi apprehensione; & hoc continet in accidia, 22. q. 35. 1. ad 4. & q. 53. 6. ad 1. & q. 142. 3. c.

1 Impuritas est ex missione visioris, 22. q. 7. 2. c. & q. 81. 8. c.

2 Impuritas creaturæ rationalis est ex hoc quod temporalibus per amorem se subiecit, sicut puritas ejus est in elevando se in Deum, 22. q. 7. 2. c. & q. 81. 8. c.

2 In, proprie notat habitudinem continentis, 1. q. 39. 8. c. fin.

2 Esse in aliquo dicitur dupliciter, scilicet ut in causa, & ut in subiecto, 12. q. 83. 1. c.

3 Aliquid dicitur esse in duobus vel in pluribus dupliciter, scilicet æqualiter, vel secundum prius & posterius, 12. q. 36. 2. c. fin.

4 Corporalia dicuntur esse in aliquo quia continentur, spiritualia vero quia continent, 1. q. 81. ad 2. & q. 3. 1. fin. & q. 53. 1. 2. c. & 3. q. 57. 4. ad 1. & q. 62. 3. ad 3.

5 Non omnes modi, in, ponuntur ab Aristotele, nisi reductive, 1. q. 42. 5. ad 1.

6 Deus est in omni loco dupliciter, scilicet ut dans esse, virtutem, & operationem locis, & ut implens ea, 1. q. 8. 2. c.

7 Est supra omnia per excellentiam suæ naturæ, & in omnibus, ut causans esse omnium, 1. q. 8. 1. ad 1. & ad 3.

8 Est intimus unicuique rei, sicut esse proprium cuiuslibet rei, 1. q. 8. 1. c. fin. & q. 105. 5. c. fin.

9 Est in omni re per essentiam, præsentiam, & potentiam, sed tantum in sanctis per gratiam, in Christo autem solo per unionem personalem, 1. q. 8. 3. o. & q. 43. 3. c. & q. 112. 1. c. item 3. q. 2. 10. ad 2. & quest. 6. 1. ad 1.

10 Magis est intra animam, quam gratia, & quicquid aliud, 1. q. 105. 5. c. fin.

11 Nullus modorum, in, quos assignat Aristoteles, explicat modum essendi, in, qui est in divinis, 1. q. 42. 5. ad 1.

12 Deitas habitat in Christo corporaliter tripliciter, primo per unionem ad corpus, secundo non figurative, tertio secundum triplicem modum, scilicet communem, specialem, & singularem, 3. q. 2. 10. ad 2.

13 Pater est in filio, & è converso, 1. q. 42. 5. c.

14 Filius Dei est magis in patre, & è converso, quam homo in filio Dei, 3. q. 2. 9. ad 4.

15 Omnia bona & mala sunt in scientia Dei, sed tantum bona sunt in Deo, & tres personæ, proprietates, & attributa sunt in essentia Dei, 1. q. 18. 4. ad 4. & q. 39. 8. c. fin.

16 Ea quæ in creaturis sunt divisa & mul-

tipliciter, in Deo sunt unite & simpliciter, 1. q. 14. 1. ad 2. & q. 26. 1. ad 1. & q. 47. 1. c. fin. & q. 57. 1. c. & q. 91. 1. c. & 12. q. 18. 1. c. & 22. q. 183. 2. c.

17 Creaturæ habent verius esse in Deo quam in se, 1. q. 18. 4. ad 3.

18 Omnia sunt in omnibus, scilicet superiora in inferioribus causaliter; sed è converso participative secundum rationem communem tantum, in Deo autem secundum rationem propriam, 1. q. 55. 1. c. ad 3. & q. 57. 1. c.

19 Quilibet creatura est in Deo dupliciter, scilicet ut in conservante, & ut in virtute causæ agentis, 1. q. 8. 1. o. & q. 79. 2. c. & q. 80. 1. c.

20 Creaturæ sunt in Deo dupliciter, scilicet ut in conservante, & ut in cognoscente secundo modo sunt vita & essentia Dei, non autem primo modo, 1. q. 18. 4. ad 1.

21 In Deo sunt multa secundum rationem, quorum aliqua prius cadunt in intellectu nostro, quam alia, 1. q. 44. 4. ad 4.

Incantatio est superstitiosa & illicita, si continet aliquid à demonibus pertinens, vel nomina ignota, vel aliqua falsa vel vana, vel aliqua signa præter crucem, 22. q. 96. 2. c. 4. o.

Incarcerare hominem, vel ligare, vel qualitercumque detinere est illicitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiæ, vel in poenam, vel ad cautelam alicuius mali vitandi, 22. q. 65. 3. o.

1 Incarnari Deum fuit possibile, & conveniens, 3. q. 1. 1. c.

2 Fuit necessarium ad reparandum genus humanum, sicut ad bene esse; non autem simpliciter, quia Deus aliter poterat reparare, 3. q. 1. 2. c.

3 Si homo non peccasset, probabilis est, Deum non fuisse incarnatum, licet incarnari potuisset, 3. q. 1. 3. o.

4 Christus non meruit incarnationem, nec aliquis purus homo ex condigno, sed tantum ex congruo, 12. q. 98. 4. c. & 3. q. 2. 11. o. & q. 24. 3. c. fin.

5 Incarnatio est generale principium, ad quod omnia officia angelorum ordinantur, 1. q. 57. 3. ad 1.

6 Principaliter fuit propter liberationem hominis, 3. q. 1. 5. c. & q. 40. 1. c. & q. 43. 3. ad 2. & q. 44. 3. c.

7 Fuit ad tollendum omne peccatum, sed principaliter peccatum originale, quia extensive majus est peccato actuali, licet intensive sit è converso, 3. q. 1. 4. o.

8 Ante Christi incarnationem aliqui per fidem Christi liberati sunt secundum spiritum, à damnatione peccati originalis, sed nemo secundum carnem, idest à somite, 3. q. 27. 3. c. & q. 5. 5. ad 2.

9 Incarnatio facta est convenienti tempore, scilicet non in principio mundi, nec in fine, 22. q. 98. 6. c. & 3. q. 1. 5. 6. c.

10 Comparatur iuventuti, propter vigorem & fervorem; senectuti vero propter numerum annorum, 3. q. 1. 6. ad 1.

11 Deus per incarnationem nullo modo mutatus fuit, 3. q. 1. 1. ad 1. & quæst. 2. 6. ad 1.

12 Iustitia, bonitas, virtus, potentia, & sapientia Dei ostense sunt per incarnationem eius, 3. q. 1. 1. c.

Incautela & incircumspectio includuntur sub inconsideratione, 22. q. 53. 2. c. fin.

1 Incestus est cum persona consanguinea vel affini coitus prohibitus quadruplici ratione; scilicet primo quia naturaliter homo debet quamdam honorificentiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis; secundo quia personas sanguine conjunctas necesse est ad invicem simul conversari; tertio quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum; quarto quia cum naturaliter homo consanguineam diligit, si adderetur amor qui est ex committione venera, fieret nimis ardor amoris, & maximum libidinis incentivum, quod castitati repugnat, 22. q. 154. 1. c. item 9. c.

2 Est determinata luxurie species, 22. q. 154. 1. c. item 9. c.

3 Cum ex incestu, quo quis cognoverit uxoris consanguineam, quedam contrahatur affinitas ante contractum matrimonium, etiam post sponsalia ex tali incestu impeditur matrimonium, post contractum vero minime, sed tantum sic peccans jure privatur petendi debitum, 22. q. 154. 4. c.

Incineratio non convenit corpori Christi, 3. q. 51. 3. c. item 9. 53. 1. c. ad 1.

1 Incipere significat esse nunc, & non prius, ideo ab inferiori ad suum superius cum eo non valet consequentia, 3. quæst. 16. 9. ad 2.

2 Formæ incipiunt esse actus, & desinunt per accidens tantum, scilicet ad generationem & corruptionem compositi, 1. quæst. 45. 8. c. ad 1.

1 Inclinatione naturæ, vel voluntatis est tantum a Deo, 1. q. 103. 8. c. & q. 105. 4. c. & q. 106. 2. c. fin. & q. 111. 2. c. & 12. q. 96. 0. & 22. q. 26. 2. c.

2 Est ad simile sibi, & conveniens, 12. q. 8. 1. c.

3 Inclinationes naturales sunt principia omnium supervenientium, 22. q. 155. 2. c.

Inconsideratio est speciale peccatum imprudentiæ, & opponitur rectitudini iudicii in moralibus, 12. quæst. 53. 2. c. fin. & 4. 0. 5. c.

1 Inconstantia est speciale peccatum imprudentiæ deficiens ad præcipiendo bonum propo-

situm, cujus principium est in appetitu, finis autem in intellectu, 22. q. 53. 2. c. fin. & 5. c.

2 Inconstantia circa abstinentiam a delectabilibus est filia luxuriæ, licet etiam quæ est in terribilibus oriatur ex luxuria, 22. q. 13. 5. ad 2.

3 Invidia, & ira quæ est principium contentionis, faciunt inconstantiam ex parte appetitus, 22. q. 53. 5. ad 2.

4 Constantia & inconstantia sunt in ratione, 22. q. 53. 5. ad 3.

1 Incontinentia proprie est circa concupiscentias tactus, secundum quid autem est circa honores, divitias, & hujusmodi, improprie vero est circa virtutes; prima est peccatum dupliciter, scilicet recedendo a ratione, & immergendo se turpibus, secunda tantum primo modo; tertia vero non est peccatum, sed est perfectio virtutum, 22. q. 155. 2. c. & q. 156. 2. c.

1 Species sunt duæ, scilicet prævolatio consilii, & debilitas in præconclisatis, 22. q. 156. 1. c.

2 Pertinet ad corpus occasionaliter, sed per se causetur ab anima non resistente passionibus, 22. q. 156. 1. c.

3 Incontinentes vincitur a passionibus, non quidem cogentibus, sed vehementer impellentibus, & propter negligentiam, 12. q. 77. 2. c. & 22. q. 156. 1. ad 3. & 2. ad 2.

4 Incontinentes ante consilium est ex impetu passionis propter velocitatem, ut in cholericis, vel propter vehementiam, ut in melancholicis, qui propter terrestrem complexionem, vehementissime inflammantur; sed post consilium est propter molliem complexionem, ut in flegmaticis, 22. q. 156. 1. ad 2.

5 Mulier non dicitur continens, nec incontinentes; quia raro habet firmum iudicium rationis, propter debilitatem complexionis, 22. q. 156. 1. ad 1. & ad 2.

6 Incontinentes peccat ex passione circa particulare, ut nunc: ideo sanabilior est, & minus malus intemperato: quia intemperatus peccat ex habitu, errans circa ultimum finem, 12. q. 78. 4. c. & 22. quæst. 156. 3. c.

7 Libido concupiscibilis est major in incontinente, quam in intemperato, sed e converso de libidine voluntatis, 22. quæst. 156. 3. ad 3.

8 Incontinentes iræ audit rationem, sed imperfecte; incontinentes autem concupiscentiæ totaliter eam non audit, 22. q. 53. 6. ad 1. & q. 156. 4. c. ad 2.

9 Incontinentia iræ est peior ratione mali accidentis, quam incontinentia concupiscentiæ; sed ratione passionis est e converso quadruplici ratione, scilicet primo, quia motus iræ parti-

cipiat aliquid rationem, sed motus concupiscentiæ totaliter est secundum sensum, & nullo modo secundum rationem; secundo quia motus iræ magis consequitur corporis complexionem, tertio quia ira querit manifeste operari, sed concupiscentia querit latebras, & dolose subintrat, quarto quia concupiscentis delectabiliter operatur, sed iratus, quasi quadam tristitia procedente coactus, 22. q. 156. 4. c. & q. 158. 4. c.

Incorporea in loco non esse, est communis animi conceptio, apud sapientes tantum, 1. q. 2. 1. c. & q. 52. 1. ad 1.

Incorporari Christo contingit dupliciter, scilicet numero & merito, 22. q. 1. 9. ad 3.

Incorruptibile triplex, scilicet naturale ex parte materiæ, id est carens materiæ; vel habens materiam in potentia, ad unam tantum formam, vel gloriæ ex forma, vel innocentie ex agente, 1. q. 97. 1. c.

Incurbus dicitur dæmon coiens cum muliere; succubus autem dæmon coiens cum viro, 1. q. 51. 3. ad 6.

Indignatio contingit præter ordinem virtutis nutritivæ, ex aliquo impedimento, puta ex grossitate cibi, vel frigiditate, vel caliditate, vel hujusmodi, 1. q. 103. 7. c. q. 115. 6. ad 3.

Indignatio est filia iræ, 22. q. 37. 2. ad 1. & q. 4. 2. c. & q. 158. 7. c.

Inditum duplex, scilicet pertinens ad naturam, & per gratiam; primum convenit legi naturæ; secundum autem legi novæ, 12. q. 106. 1. ad 2.

1 Individuum, id est quod indivisum est in se, & divisum a quolibet alio, ultima divisione, 1. q. 29. 4. c.

2 Pars in toto est individuum, ut manus, 1. q. 29. 1. 2. c. & 3. q. 16. 12. ad 5.

3 Individuum ut sic, est divisum ab omnibus aliis, 1. q. 13. 9. c.

4 Hæc nomina individuum, particulare, & singulare, dicuntur de partibus, ut de manu: ideo in Christo possunt dici multa esse individua, secundum numerum partium ejus, 12. q. 29. 1. 2. c.

5 Omne nomen individui est incommunicabile re, & ratione, nisi secundum similitudinem, 1. q. 13. 9. c.

6 Duo sunt de ratione individui, scilicet incommunicabilitas, & non posse esse in pluribus, 3. q. 77. 2. c.

7 Compositum ex materia, & forma determinata est individuum, 1. q. 30. 4. c.

8 In incorruptilibus est tantum unum individuum unius speciei, quia species sufficienter servatur in uno, 1. q. 47. 2. c. item q. 119. 1. c.

9 Individuum duplex, scilicet vagum, & signatum, 1. q. 30. 4. c.

8. Tb. Op. Tom. VII.

10 Principium individuationis in rebus materialibus est duplex, scilicet materia prima, & quantitas dimensiva, 3. q. 77. 2. c.

11 Materia est principium individuationis, 2. q. 3. 3. c. & q. 39. 1. ad 3. & 2. c. & q. 54. 3. ad 2. & q. 56. 1. ad 2. item q. 75. 4. 5. c. & q. 85. 1. c. & q. 3. ad 4. & q. 86. 1. 3. c. & 12. q. 63. 1. c.

12 Forma receptibilis in materia, individuat per materiam; quæ autem non est receptibilis in materia, individuat seipsam, 1. q. 3. 2. ad 3. & 3. c. & q. 13. 9. c. & 3. q. 77. 2. c.

13 Hæc carnes, & hæc ossa, & hæc anima sunt principia individuationis hominum, 1. q. 29. 2. ad 3. & 4. c. & q. 30. 4. c. & q. 33. 2. c. & q. 75. 4. c. & q. 85. 1. ad 2.

14 Individua composita substantia ratione materiæ, sed subsistunt ratione formæ, 1. q. 29. 2. ad 3.

15 Individuatio quantum ad incommunicabilitatem est in Deo, non autem quantum ad materiam, 1. q. 30. 2. ad 3. & q. 29. 3. ad 4.

16 Dimensio dupliciter individuat, scilicet ratione subjecti, sicut & alia accidentia, & ratione situs, 22. q. 24. 5. ad 1. & 3. q. 77. 2. c.

17 Substantia individuat per seipsam, ideo individuum ejus habet speciale nomen, scilicet hypostasis, non autem accidentia, quia individuantur per subjectum, 1. q. 29. 1. 2. c. & q. 39. 1. 3. c.

18 Omne individuum substantiæ dicitur hypostasis secundum proprietatem nominis, secundum usum autem, sola individua rationalis nature, 1. q. 29. 2. ad 1.

19 Singulare, particulare, & individuum, sunt in quolibet genere entis, sed suppositum, hypostasis, res nature, & persona, sunt in solo genere substantiæ, 1. q. 29. 1. 2. c.

1 Individibile duplex, scilicet terminus continui, & extra genus ejus; secundum potest esse simul in pluribus locis, temporibus, & partibus, non autem primum, 1. q. 8. 2. ad 2. & q. 52. 2. c. & q. 53. 1. ad 1.

2 Triplex, scilicet actu, ut continuum, per speciem, ut ratio hominis, & in potentia, ut punctus; primum & secundum prius cognoscitur quam divisio, tertium autem posterius, 1. q. 11. 2. ad 4. & q. 85. 8. 0. c. & q. 37. 3. c.

1 Indulgentiæ valent, quæ merita supererogationis Christi, & sanctorum sunt, non modo ab injunctis in hoc sæculo pro peccatis contritis, & confessis, penitentibus; sed ad abolitionem a penis in futuro sæculo pro peccatis in purgatorio abolendis, 2. q. 25. 1. 0.

2 Tantum valent quantum prædicantur, si ab habente potestatem fidelibus Christi vivis membris ad honorem Dei, & proximi utilitatem conferantur, s. q. 25. 2. c.

3 Licet pro temporali subsidio ad spiritalia ordinata indulgentias conferre, non autem pro temporali simpliciter, s. q. 25. 3. o.

4 Non omnes sacerdotes, sed solus Episcopus potest indulgentias facere, s. q. 26. 1. c.

5 Possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, s. q. 26. 2. o.

6 Solus Papa plenarias indulgentias pro libito suæ voluntatis, legitima tamen existente causa, facere potest, ceteri autem Episcopi quantum sibi à Papa taxatum fuerit, s. q. 26. 3. o.

7 Potest prælatus in peccato mortali existens indulgentias facere, s. q. 26. 4. c.

8 Mortalibus criminibus obnoxii nullatenus indulgentiæ profunt, sed contritiis, & confessis, s. q. 27. 1. c.

9 Non tantum laicis, sed etiam religiosis indulgentiæ profunt, s. q. 27. 2. o.

10 Indulgentiam minime consequuntur, qui id non efficiunt, pro quo indulgentiæ dantur, s. q. 27. 3. o.

11 Tametsi non possit Prælatus sibi indulgentiam facere, aliis tamen concessa pro se etiam uti potest, s. q. 27. 4. c.

Industria duplex, scilicet una de necessariis ad salutem, alia de his quæ sunt ad bene esse: prima est in omni existente in gratia; non autem secunda, 22. q. 47. 13. ad 3. & 14. ad 10.

Inæqualitas rerum est à Deo; quia sicut divina sapientia causa est distinctionis rerum, propter perfectionem universi, ita & inæqualitatis; non enim esset perfectum universum, si tantum unus gradus bonitatis inveniretur in rebus, 1. q. 47. 2. o. & q. 65. 2. ad 3.

* Infamia publica tenet locum accusatoris. * In denuntiatione vero non intenditur punitio peccantis, sed emendatio. Et ideo nihil agit contra eum cujus peccatum denuntiatur, sed pro eo. Et ideo ibi non est necessarius accusator, 22. q. 67. 3. ad 2.

2 Uno infamato, aliquando alii infamantur, quia secundum Augustinum, cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri paverit, instant, fatigant, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur, 22. q. 33. 7. c. fin. ad 3.

1 Infidelis non debet permitti habere dominium novum super fideles, sed tantum antiquum, quo etiam privari potest. Sed permittit ecclesia quod infideles accipiant à fidelibus ministerium in aliquo artificio; nam servi subiciuntur dominis suis ad totam vitam, & subditi præfectis, ad omnia negotia; sed ministri artificum subiciuntur eis ad aliqua specialia opera. Unde periculosus est quod

infideles accipiant dominium, vel prælationem super fideles, quam quod accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio; & ideo secundum permittit ecclesia, non autem primum, 22. q. 10. 1. o.

2 Res infidelium si ipsi delinquant, licet auferre per vim, auctoritate publica, non autem auctoritate privata, 22. q. 10. 1. o. c. item q. 66. 8. ad 2.

3 Infideles qui nunquam fuerunt de fide ecclesiæ, scilicet Judæi & Pagani, non reputantur heretici; licet perveriam fidem habeant, sunt tamen compellendi à fidelibus si adit facultas, ut fidem non impediatur vel blasphemis, vel malis persuasionibus; vel etiam a peritis persecutionibus, 22. q. 10. 8. o.

4 Qui aliquando sumperunt fidem, scilicet heretici, debent cogi ad fidem; non autem alii, scilicet Judæi, & Pagani, 22. q. 10. 8. o.

5 Non omnes actus infidelium sunt peccata, sed alii actus eorum sunt boni, ex essentia, objecto, vel circumstantia, & placent Deo, nullus tamen est meritorius, 22. q. 10. 3. o. & q. 23. 7. ad 1.

6 Nullum peccatum veniale potest esse infideli, antequam peccet mortaliter, 12. q. 89. 6. o.

7 Primi motus non sunt peccata mortalia fideli, nec infideli, 12. q. 89. 5. o. & 22. q. 158. 2. ad 1.

8 Gravius peccat fidelis quam infidelis in eadem specie peccati, simpliciter autem est & converso, 12. q. 73. 8. c. fin. & q. 89. 5. c. & 22. q. 10. 3. ad 3.

9 Et infideles contemunt fidem, si fidelium defectus cognoscant, 22. q. 10. 1. o. c.

10 In illis infidelibus qui temporaliter ecclesiæ vel ejus membris subjacent, statuit ecclesiæ, ut servus Judæorum, cum fuerit factus Christianus, statim à servitute liberetur, nullo pretio dato, & similiter si infidelis existens fuerit tempus ad servitium, &c. In illis autem infidelibus, qui temporaliter ecclesiæ, vel membris non subjacent, jus domini, & prælationis, & ditionum ecclesiæ non statuit; licet possit statuere de jure, & hoc facit ad scandalum vitandum, ne nomen domini, & doctrina blasphemetur, 22. q. 10. 1. o. c. fin. & q. 66. 8. ad 2.

1 Infidelitas sumitur dupliciter, scilicet negative, & contrarie, id est repugnando, vel contemnendo, & est peccatum, non autem primo modo, sed est poena, 22. q. 10. 1. o. c. fin. & q. 34. 2. ad 2.

2 Ratio infidelitatis perficitur in contemptu, ideo est in voluntate ut in causa, sed est in intellectu, ut in subiecto, 22. q. 10. 1. o. c. item 2. o.

3 Species infidelitatis sunt tantum tres, scilicet

Paganorum, Judæorum, & hæresis, 22. q. 10. 5. o. & q. 11. 1. o. c. & q. 94. 1. ad 1.

4 Hæreticorum est gravius, quam Judæorum, & hæc quam paganorum, 22. q. 10. 6. o.

5 Est gravissimum omnium peccatorum circa mores; non autem peccatorum contra virtutes theologicas, 22. q. 10. 3. o. & q. 13. 3. c. & q. 39. 2. o. & 3. q. 80. 5. c.

6 Est ultimum peccatorum, ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur, 22. q. 162. 7. ad 3.

7 Secundum quod est peccatum, oritur ex superbia, 22. q. 10. 1. ad 3.

8 Est in intellectu subjective, sed est in voluntate imperative, ideo actus ejus est demeritorius, 22. q. 10. 2. c.

9 Inter fideles verum est matrimonium, quamvis non ita perfectum sicut inter fideles, Suppl. q. 59. 2. c.

10 Cum inter fideles verum matrimonium sit, non propterea dissolvitur ejus vinculum, quod alter conjugum ad fidem convertitur altero in infidelitate manente; solvi tamen potest & quoad habitationem, & debiti solutionem, si nulla addit correctionis spes, s. q. 59. 3. o.

11 Convertere ad fidem potest dimittere uxorem, nec secum cohabitare si converti non vult, nec illi debitum reddere tenetur, s. q. 59. 4. c.

12 Vir descendens ab infideli uxore nolente cohabitare, sine creatoris contumelia, potest illam dimittere, & alteram ducere, si autem velit pacifice cohabitare, potest quidem illam dimittere, non autem aliam ducere, s. q. 59. 5. c.

13 Conjugium si ratificatum fuerit, quantum ad vinculum spectat, nulla ex causa solvi potest, alioquin potest dirimi infidelitate, non adulterio, verum quantum ad actum dirimi potest fornicatione cum corporali tum spirituali, propter cetera vero vitia nequaquam, nisi addit tempus, castigandi sui causa, s. q. 59. 6. o.

1 * Infinitum actu nihil præter Deum est, nec potest esse, etiam per potentiam Dei, nec secundum essentiam, nec secundum esse, nec secundum virtutem seu potentiam, nec secundum magnitudinem, nec secundum multitudinem, 1. q. 7. 2. 3. o. & q. 45. 5. ad 3. & q. 50. 2. ad 4. & q. 86. 2. c.

2 Non inconveniens est aliquid creatum sic esse infinitum, quod non finiat ab alio, 1. q. 10. 5. ad 4. & q. 50. 2. ad 4.

3 Infinitum secundum essentiam rationem est solus Deus, 3. q. 10. 3. ad 3.

4 Id quod est simpliciter & omnibus modis infinitum, non potest esse nisi unum, sed secundum aliquid possunt esse plura, 3. q. 10. 3. ad 3.

5 Si esset infinitum numero vel continuitate, esset finitum secundum esse & essentiam, & esset mensurabile à scientia Dei, 1. q. 7. 2. c. & q. 14. 12. ad 3. & q. 10. 3. ad 2.

6 Infinitum est in divisione magnitudinis, non autem in appositione, 1. q. 7. 3. ad 3.

7 Infinitum non est substantia, sed accidit rebus; ideo sicut multiplicatur secundum subiecta, ita & proprietates ejus, 3. q. 10. 3. ad 3.

8 Ratio infiniti privative convenit quantitati, non autem negative, 1. q. 7. 1. ad 2.

9 Infinitum materiale convenit quantitati, non autem infinitum formale, 1. q. 7. 1. ad 2. & q. 3. & q. 4. & q. 25. 2. ad 1. & q. 10. 3. ad 1.

10 Repugnat cuilibet speciei magnitudinis, non autem magnitudini in communi, 1. q. 7. 3. ad 2.

11 Infinitum duplex, scilicet negative dictum, & privative, 3. q. 10. 3. ad 1.

12 Duplex, scilicet secundum materiam, & secundum formam, 1. q. 7. 1. c. & q. 25. 2. ad 1. & q. 86. 2. ad 1. & q. 10. 3. ad 1.

13 Duplex, scilicet simpliciter, & secundum quid, 1. q. 7. 2. o.

14 Secundum quid duplex, scilicet in potentia ad infinitas formas, ut materia; vel non limitatum per materiam ut intelligentia, 1. q. 7. 2. o.

15 Infinitum uno modo, potest esse finitum alio modo, 3. q. 10. 2. ad 2.

16 Virtus infinita non potest esse in magnitudine, 1. q. 25. 2. ad 3. item q. 103. 2. ad 3.

17 Infinitum comprehenditur ab infinito, quia nihil ejus est extra cognoscentem, non autem attingendo fines ejus, 1. q. 14. 3. ad 1. & ad 2. & 12. ad 1. & ad 2.

18 Nullus intellectus cognoscit infinitum in quantum hujusmodi, scilicet numerando partem post partem, 1. q. 14. 12. ad 1. & q. 86. 2. o. item 3. q. 10. 3. ad 1.

19 Intellectus noster dicitur intelligere infinita, in quantum intelligit universalæ continentis infinita in potentia, 1. q. 7. 2. ad 2. item q. 14. 12. c. fin. item q. 86. 2. ad 3. & 12. q. 30. 4. ad 2. & q. 10. 3. ad 2.

20 Infinitum secundum materiam est ignotum, non autem infinitum secundum formam, 1. q. 12. 1. ad 2. & q. 86. 2. ad 1. item 2. q. 10. 3. ad 1.

21 Materiale est imperfectum, sed formale est summe perfectum, 3. q. 7. 1. c. ad 1. item q. 25. 2. ad 1.

22 Infinito simpliciter quoad omnia nihil potest esse majus, sed infinito secundum aliquid determinatum est aliquid majus extra illum ordinem, non autem in illo ordine, 3. q. 10. 3. ad 3.

23 In entibus per accidens itur in infinitum

tunc, non autem in entibus per se, 1. q. 46. 2. ad 7. & 12. q. 1. 4. o.

1 Infirmis in malis voluntatis subest potestas hominis, ideo non tollit, nec minuit rationem culpæ, 12. q. 21. 2. ad 3.

2 Infirmis animæ, ex qua dicitur aliquod peccatum, est passio ejus non moderata ratione, 22. q. 77. 3. o. & q. 85. 3. ad 4.

3 Infirmas alleviat peccatum, in quantum diminuit voluntarium, 12. q. 47. 2. c. & q. 75. 6. c. & q. 77. 6. 7. o. & q. 88. 2. c. & q. 105. 2. ad 1. & 22. q. 14. 3. c. & q. 150. 4. ad 3. & q. 154. 3. ad 1.

4 Peccatum ex infirmitate inquitur homini ad peccatum mortale in quantum fuit in potestate ejus recipere passionem, 12. q. 77. 7. 8. o.

Ingenitum sumitur tripliciter, scilicet negative extra genus, in genere Dei, & in genere principii divini; primum convenit etiam creaturis non generatis, secundum Spiritui Sancto, tertium autem est notio patris tantum, 1. q. 33. 4. o.

2 Ingenitum uno modo significat increatum, & sic secundum substantiam dicitur; secundo id quod non est genitum, & sic dicitur relative, 1. q. 33. 4. ad 3.

3 Ingenitum & innascibilitas nihil ponunt de intellectu eorum, sed aliquid præsupponunt, 1. q. 33. 4. ad 1.

4 Pater in divinis potius dicitur ingenitus, quam inspiratus, triplici ratione, scilicet prima est, quia processio Spiritus Sancti, secundum ordinem nature præsupponit generationem filii. Secunda quia per hoc quod dicitur ingenitus, secundum quod est notio patris, tollitur omnis modus consequendi generationem. Hoc enim convenit patri in quantum est generationis principium, ut nullo modo generationem consequatur. Tertia quia negatio ingeniuit fundatur super rationem principii, 1. q. 33. 4. ad 5.

1 Ingeniui velocitas pertinet ad perfectionem hominis, quoad bene esse ejus, 12. q. 4. 5. c. & 1. o.

1 Ingratitudo quilibet est peccatum, quia tollit debitum gratitudinis, quod est debitum beneficii, 22. q. 107. 1. o.

2 Pertinet ad primam & secundam speciem superbiz, 22. q. 162. 4. ad 3.

3 Est speciale peccatum, ratione contemptus beneficii, sed est circumstantia, respectu aliorum peccatorum, 22. q. 107. 2. o. & 3. q. 88. 4. o.

4 Est peccatum mortale, & aliquando veniale, 22. q. 107. 3. o.

5 Proveniens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, sed proveniens ex veniali imperfectam, 22. q. 107. 3. c. ad 1.

6 Oblivio beneficii ex natura excusat ab ingratitudine, non autem oblivio ex negligentia, nec impotentia recompenfandi beneficium, quia ad gratitudinem sufficit bona voluntas, ubi deest facultas, 22. q. 106. 3. ad 5. & q. 107. 1. ad 2.

7 Ingratitudo non est respectu adjuvantium peccare, quia non conferit beneficium; ideo non debetur ei gratiarum actio, 22. q. 107. 1. ad 1.

8 Ingratus dicitur, dupliciter scilicet per solam omissionem actus gratitudinis, & per actum contrarium gratitudinis, 22. q. 107. 2. 3. c.

9 Gradus ingratitudinis triplex, scilicet non retribuere, dissimulare, & pessimus ex negligentia oblivisci; sed reddere mala pro bonis reductur ad primum; vituperare benefactum ad secundum, sed id reputare male factum, ad tertium, 22. q. 107. 2. 3. c.

10 Ingratitudo contra Deum contingit dupliciter, scilicet agendo contra beneficium ejus, per quodcumque peccatum mortale; & agendo contra formam ejus quadrupliciter, scilicet per odium primum, per apostasiam à fide, per contemptum confessionis, & per odorem de penitentia præterita; ideo per ingratitudinem horum, specialiter peccata dimissa redeunt, 3. q. 88. 2. o.

11 Ingratus meretur privati beneficio, tamen dans beneficium non debet ei subtrahere, ne fiat peior, 22. q. 107. 4. o. & q. 122. 5. ad 4.

12 Ingratitudo non incurritur per peccatum veniale; nec peccata dimissa redeunt, quia peccatum veniale non est contra Deum, sed præter eum, 3. q. 88. 2. ad 2.

13 Peccata venialia redeunt per ingratitudinem, sicut & peccata mortalia; & venisio utroqueque adscribitur beneficio Dei contempti per recidivum, 3. q. 88. 2. ad 2.

14 Similiter est de peccato originali, 3. q. 88. 2. ad 2.

15 Peccata dimissa redeunt per recidivum: quantum ad effectum, quia ex peccatis dimissis relinquuntur in peccatis sequentibus deformitas quadam ingratitudinis, non autem redeunt quantum ad priorem maculam, vel reatum, 3. q. 88. 1. o. & 2. 3. c.

16 Per sequens peccatum non redit tantus reatus, quantum erat omnium peccatorum præteritorum, sed secundum quantitatem contemptus in ingrato, 3. q. 88. 3. o.

17 Ingratitudo secundum quam peccata reddere dicuntur, incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatum est contra Deum; ideo talis ingratitudo non est speciale peccatum, 22. q. 107. 2. ad 1. & 3. quasi 88. 4. o.

1 Inhumanitas est idem quod obduratio contra misericordiam, 22. q. 118. 8. ad 3. fin. Est

2 Est filia avaritiæ, sicut & obduratio contra misericordiam, 22. q. 118. 8. c.

Iniquitas proprie est in proximum, sed peccatum est in seipsum, improprie vero fuit idem, 12. q. 33. 1. ad 1. & q. 110. 4. ad 4.

1 Injustitia duplex, scilicet illegalis, opposita justitiæ legali, alia secundum inaequalitatem ad alterum: prima est generalis intentione, & specialis obiecto; secunda vero est specialis utroque modo, 22. q. 58. 3. ad 3. & q. 59. 1. o. & q. 79. 2. ad 1.

2 Injustitia semper est ad alterum, 22. q. 59. 3. ad 2.

3 Faciens injustum ex electione, est injustus; non autem si præter intentionem, scilicet per ignorantiam, vel ex passione, 22. q. 59. 2. o. & 4. ad 1.

4 Injustitia est circa operationes exteriores, 22. q. 60. 3. ad 3.

5 Excessus in penis, quoad illud quod exterius agit, pertinet ad injustitiam, sed quoad austeritatem animi, qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem, 22. q. 159. 1. ad 1.

6 Nullus volens patitur injustum formaliter, nec aliquis agit injustum formaliter, nisi volens, 22. q. 59. 3. o. & q. 66. 4. c.

7 Aliquis potest facere injustum, nullo patiente injustum formaliter, & e converso, sed materialiter semper se comitantur, 22. q. 59. 3. ad 3.

8 Facere injustum formaliter est peccatum mortale, nisi in minimis, 22. q. 59. 4. o. & q. 69. 1. c. & q. 110. 3. c.

9 Omne peccatum est injustitia, 12. q. 113. 1. ad 1. item 22. q. 59. 1. ad 1.

Innascibilitas est notio patris, & proprietatis ejus, non autem est notio personalis, 1. q. 32. 3. c. & q. 33. 4. o.

1 Innocentia, & tempus amissum sunt irrecuperabilia, 3. q. 89. 3. c.

2 Innocentes mortui pro Christo in Bethleem fuerunt martyres, 22. q. 124. 1. ad 1. & 3. q. 36. 2. ad 3.

3 Ufus rationis miraculose acceleratus est secundum aliquos in innocentibus, 22. q. 124. 1. ad 1.

4 Homines in statu innocentiz fuissent iniquales sexu, ætate, justitia, scientia, robore, pulchritudine, complexionem, & quantitate, tamen sine defectu animæ, & corporis, 1. q. 92. 1. ad 2. & q. 96. 3. 4. c.

5 Tunc fuisset emissio superfluitatis, sed sine ulla indecentia, 1. q. 97. 3. ad 4.

6 Tunc homines vixissent in communi possessionum, 1. q. 98. 1. ad 3.

7 Tunc homo fuisset sicut Angelus per spiritualem mentem, 1. q. 98. 2. ad 1.

8 Continentia & penitentia, non fuissent s. Ib. Op. Tom. VII.

tunc, saltem secundum actus quos nunc habent, 1. q. 95. 3. o. & q. 98. 2. ad 3.

9 Nec matrimonium tunc fuisset in remedium, nec ut sacramentum, sed fuisset in officium nature, 3. q. 61. 2. ad 3.

10 Actus matrimonii tunc solvisset integritatem carnis, non autem mentis; nunc autem solvit utroque modo secundum actum, non autem secundum habitum; sicut in coitu vitioso, 12. q. 34. 1. ad 1.

11 Tunc fuisset partus sine dolore, 22. q. 164. 2. c.

12 Tunc sacramenta non fuissent necessaria, quia non a depessit homines cognitionem ex sensibilibus, 3. q. 61. 2. c.

Innovatio mundi fiet in fine mundi, non quidem secundum substantiam, sed secundum qualitatem, nec fiet naturaliter, sed supernaturaliter, 1. q. 66. 3. c.

1 Inobedientia duplex, scilicet generalis, idest quicumque recessus à præcepto, & specialis, idest contemptus ejus, 22. q. 104. 2. ad 1. & q. 105. 1. ad 1. & 2. ad 3.

2 Omnis inobedientia formaliter, idest ex contemptu, est peccatum mortale, 22. q. 69. 1. c. & q. 105. 1. c.

3 Non est peccatum in Spiritum Sanctum, nisi sit et annexa obstinatio, 22. q. 105. 2. ad 2.

4 Est tanto gravior, quanto præcipiens est major, & quanto præceptum est magis intentum, 22. q. 105. 2. o.

1 Inquisitio pertinet ad rationem, judicium ad intellectum, 22. q. 49. 5. ad 3. & q. 53. 4. c.

2 Inquirere de dictis, vel factis alterum ad utilitatem sui, vel aliorum, est laudabile; & autem ad malum, vel iniuri liter, est vitiosum, 22. q. 167. 2. c. ad 3.

3 Debitor certæ personæ tenetur inquirere eam, ut prælatus subditum, non autem debitor incertæ personæ, 22. q. 33. 2. 3. ad 4.

1 Infamia duplex, scilicet excludens totaliter usum rationis, alia privans affectum humanum. Prima opponitur prudentiæ, secunda vero mansuetudini, & clementiæ, 22. q. 150. 4. ad 3. & 157. 3. ad 3. & 175. 2. ad 2.

1 Insensibilitas est vitium, quo pretermittuntur necessaria vitæ contra rationem, ideo est peccatum, 22. q. 142. 1. o.

2 Insensibilitas non multum contingit, ideo ipsa, & omnes species ejus opponit diversis speciebus temperantiæ sunt inordinatæ: & contrariantur temperantiæ, & intemperantiæ, 22. q. 150. 1. ad 1.

3 Vitium contrarium luxuriæ continetur, sub insensibilitate, sed non tangitur in multis, eo quod homines magis sunt proni ad delectationes, & accidit hoc vitium in eo quod tantum delectatur mulierum usum, quod